

3141

LITURGICI

3142

ut qui in tua constitutione sum princeps tuo semper munere sim potens.

Fol. 39. *Omnipotens sempiternus deus qui dilectum Johannem apostolum et evangelistam speciali amore amplexatus es et eum in multis virtutibus roborasti presta quesumus ut sicut toxicato sibi dato et sumpto virtute sumpsit et signo sanctae crucis munitus letiferum potum tua gracia et virtute sumpsit et eussit sic me famulum tuum Fridericum per intercessionem tui dilectissimi Johannis cuncta jacula inimicorum meorum euado et illesus corpore et anima permanebo in eternum et sanus et saluus te laudem et glorificem sanctum nomen tuum hic et in futuro per infinita secula seculorum Amen.*

Denique Fol. 63. *Domine deus lumen de lumine qui humanum (genus) crucis patibulo ex precepto patris redimere dignatus es qui me indignum famulum tuum Fridericum proprio sanguine tuo redemisti &c.*

DCCCXCVIII.

7 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 42. f. max. literis uncialibus eleganter scriptus in usum ejusdem Friderici III. Rom. Imp. cujus Symbolum cubitum longis characteribus in anteriori thecae parte expressum est. Folium 1. quaedam e vita Christi et B. V. Sanctos item Christophorum, Jacobum M. et Judam Thadd. 17. rudibus picturis exhibet. Sequitur Calendarium, tum variae Preces ad Deum, Coelitesque, Hymni, Psalmi, Litaniae. Inter alia Sal-

ve Regina cum subjuncta Oratione ter, Salutatio angelica trigesies quinquies, Oratio dominica vigesies, totiesque rursus Salutatio angelica alternis vicibus, eodemque modo bis germanice cum Symbolo Apostolorum scripta est. Inter Angelorum nomina identidem occurrit Uriel. Fol. 19. pag. 2. Oratio: Deus regnorum omnium &c. sic continuatur: da seruo tuo michi frederico triumphum uirtutis tue scienter excellere &c. Totum Volumen religiosum, Deo, Divisque deditum Principis animum loquitur.

DCCCXCIX.

Codex membraneus lat. Sec. ¹⁰ XV. Folior. 30. f. max. uncialibus literis in usum Eiusdem eleganter, non tamen absque mendis, scriptus. Fol. 1. pag. 2. ejus Symbolum cum nota anni 1482. nec non haec verba: *Nos Fridericus prelibatus prescripta recognoscimus, et profitemur, et approbamus, literis aureis expressa sunt. Est rursus Euchologion, in quo post Calendarium iidem paene Psalmi, Hymni, Litaniae, Precesque habentur, quibus Codices praecedentes referti sunt. Oratio: Deus regnorum omnium &c. fol. 10. pag. 2. eodem modo profertur: da seruo tuo michi frederico triumphum uirtutis tue scienter excellere &c. In fine Litaniarum maj. aptius ad grammaticen dicitur: Agne dei, qui tollis peccata mundi. Fol. 26. pag. 2. versus hi leonini occurrunt:*

Te

3143

C O D I C E S

3144

*Te rogo criste pye meritis precibusque marie
Per loca tue vie. Me rege tota die.
Angele qui meus es custos pietate superna.
Me tibi commissum Salua defende gubernata
Angele mi care Michi protinus auxiliare
Tu mei sis fortis. Custodia tempore mortis.*

DCCCC.

40 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 59. f. max. in pius usus Ejusdem Principis litera unciali scriptus, auro, coloribusque decens, *Psalms*, *Hymnos*, facrasque ad Deum et Coelites *Preces* continet. Praecedit *Calendarium*. Fol. 19. pag. 2. in Oratione: *Deus regnorum omnium &c.* et: *Deus qui conteris &c.* diserte legitur: *da seruo tuo michi Friderico*, et *auxiliare queso mihi famulo tuo Friderico*. In Angelorum invocationibus semper memoratur et *Uriel*. Denique nemo pae-ne Coelitem, quos Ecclesia colit, est, ad quem non oratio quaedam dirigatur. Augustum possessorem praeter rationem jam adductam comprobatur cum familiare ejus *Symbolum A. E. I. O. V.* thecae anteriori coriaceae a Biblio-*pega* exterius impressum, tum adpictum thecae posteriori interius *Insigne* Provinciarum *Friderico* subditarum scuta completum.

DCCCCI.

531 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 32. 4. luculente scriptus, rubricisque notatus est *Liber Precum*, in usum quondam

Ejusdem, ut liquet fol. 15. exaratus; ibi enim Oratio incipit: *Deus regnorum omnium — da seruo tuo michi Friderico &c.* Praeit *Calendarium*. Reliqua *Psalms*, *Hymnis*, *Litaniis*, et *Orationibus* ad diversos *Coelites* definiuntur. Inter *Archangelos* non semel occurrit *Uriel*. Praetextum est folium, cui a diuersa manu inscripta sunt plurium *Sanctorum* Nomina, et a priore quidem manu, quam ipsius *Friderici* puto, haec sunt: *Vnser frau von den engeln gen himel gefurt in der Sun vnd den man vnder den fueffen. Vnser frau mit den kind in der sun den man vnder den fueffen &c.* E quibus conjicio Principis mentem fuisse, ut hisce *Picturis Codex* ornaretur. Quod tamen cur intermissum sit, non liquet.

DCCCCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 131 XV. Folior. 28. f. caractere luculento conscriptus continet *Psalms* aliquot et alias *Precationes* ad Deum, Christum, B. V. et *Coelites* pro variis opportunitatibus. Hinc inde tamen aliquid *superstitionis* adlitum invenitur.

DCCCCIII.